



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

Dominica prima

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

16 Dominica I. post Epiph. D.

les incipiamus. Confide fili! audiet nos Deus, quia Pater misericordiae est, & multae clementiae. Misericordiae Domini! misericordiae Domini! quia non sumus consumpti.

Dominica infra Epiphaniae
Octavam, seu I. post Epi-
phaniam.

EXHORTATIUNCULA I.

Heu! Maria perdidit Jesum, ac invenit denuo. Verum o quot sunt in mundo animae sine Jesu, quia in statu multorum peccatorum? misereamur, & ut inveniant, & cum invento semper permaneant constantes in gratia.

Instructio meritoria.

Recitabimus septem *Psalmos paenitentiales*. Agamus o fili! & praestemus id hodie, quod & egisse, nobis quondam expediet in sempiternum. Expedi autem, multum orasse pro Christiano populo.

II. Fi-

II.

Fili! quid lego ex hodierno Evange-
lio? en! *Jesus erat subditus illis.*
Miramur, Deum parere homini? & be-
nè: est enim res admiratione dignissi-
ma. Sed unde hæc & tanta Filii Dei
subjectio? ex amore, & pretio S. Obe-
dientiæ. In hac & natus, & mortuus
est. Quis suum jam non humiliet ca-
put?

Instructio meritoria.

Humiliemus & nostrum, & coram
omnibus nos transeuntibus illud humili-
ter inclinemus. Dum soli, flectamus,
& in Venerationem morientis ex Obe-
dientia Jesu 12. *Pater & Ave* expansis
brachiis oremus cum suspirio: *Domine*
Jesu! paratum cor meum, ut faciam
voluntatem tuam. Deus meus! volui,
& legem tuam in medio cordis mei.

III.

Qui quærit, invenit. Quærebant
Maria, & inveniebant: & *inve-*
nerunt in templo. Fili! scire desiderat
quærendi methodum? dedit Salomon
dicens:

18 Dominica II. post Epiph. D.

dicens : *In simplicitate cordis querite illum.* Quid simplicius Mariâ? quid humilior Josephô? quid mirum, si invenerint.

Instructio meritoria.

Hac simplicitate ambulemus coram Domino. Ad omnia exercitia flectamus erectis manibus, flectamus & liberi, re-collecti, & quieti. In fine cujuslibet exercitii jungamus *tria Ave* cum Cantico : *Nunc dimittis servum tuum, Domine ! secundum verbum tuum in pace.* Finis coronet opus.

Dominica II. post Epiphaniam.

EXHORTATIUNCULA I.

DEfuit hodiè vinum. Jam audio Jesu imperantis vocem : *Implete hydrias.* O quàm bonus est Dominus timentibus se, & animæ quærenti illum. Deest nemini in necessitatibus; & antequàm invocetur, dicit : *Ecce ! adsum.*

Instructio meritoria.

Pro acceptis omnibus & singulis beneficiis à primo instanti conceptionis nostræ